

VENERABILI FRATRI ARCHIEPISCOPO MEDIOLANENSI

Venerabilis Frater, Salutem et Apostolicam benedictionem. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Clericus Antonius Pozzi Mediolanensis Civitatis vel Dioecesis in quattuor, vel aliquo ex minoribus Ordinibus forsan constitutus, quod alias, dum ipse causa recreationis, et consueta Ordinarii licentia instructus, per campestria silvosa loci del Versasio dictae Dioecesis ventioni non tamen clamorosae daret operam, ac in denso cespite motum aliquem inspiceret, putans leporem, vulpem, aliudve huiusmodi animal inibi abscondi, eoque magis inductus quod nonnihil coloris subnigri in terra circumagi sibi videretur, sclopum quem gerebat illuc direxit, explositque; mox ad dictum cespitem una cum socio convolans, Anum infirmam ibi forte jacentem loco Praedae se graviter vulnerasse comperuit, ex quo viribus et animo ita corruit, ut dictus socius Mulieri ne, an Exponenti primum succurreret anceps fuerit, attamen dictae mulieri satis consultum fuit, quae nihilominus, edita prius de casu fortuito, deque innocentia exponentis legali declaratione, sexto a vulnere die, sicut Domino placuit, de vita migravit.

Data subinde habita, et confirmata a Defunctae filio declaratione praedicta, et causa desuper in iudicio deducta, dictus Exponens ab omni et quacumque poena immunis et innocens declaratus fuit. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, memoratus Exponens, qui in Seminario Puerorum Ecclesiastico Mediolanensi ad praesens Alumnus existit, quique ut vocationem suam ad statum ecclesiasticum jam pridem amplexam et in quo perseverare satagit, magis exploratam habeat, spiritualibus Exercitiis per quindecim continuos dies vacavit, Parti et Fisco jam, ut putatur, satisfecerit, deque praemissis plurimum doluerit, et doleat de praesenti, cupiatque sibi a Nobis provideri; Nos ipsum exponentem specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a jure vel ab homine quavis, praeterquam praemissorum occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serio absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: Fraternitati tuae per praesentes committimus et mandamus, ut veris existentibus narratis, et imposita eidem Exponenti aliqua salutari poenitentia, eundem Exponentem, si hoc a Te humiliter petierit, a censuris et poenis ecclesiasticis quibuslibet, quas propter eadem praemissa quovis modo incurrit, vel incurrisse dici vel praetendi possit, Auctoritate nostra Apostolica pro tuo arbitrio et prudentia gratis absolvas, et totaliter liberes, dictasque poenas ei gratiose remittas, et condones: ac cum ipso Exponente super irregularitate per eum praemissorum occasione quomodolibet contracta, ita ut illa, et iisdem praemissis non obstantibus, dummodo nullum aliud canonicum ei obstet impedimentum, clericali characterem, quo alis rite insignitus fuit, illiusque privilegiis, ac susceptis per eum forsan quattuor, vel aliquo ex minoribus Ordinibus, ut praefertur, uti necnon ad reliquos etiam sacros et Presbiteratus Ordines, si ad id reperiatur idoneus, promoveri et promotus in illis, etiam in Altaris Ministerio ministrare libere et licite possit ac valeat, Auctoritate et Arbitrio praedictis dispenses. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universitatibus, Provincialibusque et Sinodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die II Octobris
M D C C [X V I I Pontificatus Domini (Pio VI) Anno Quarto

Il chierico Antonio Pozzi di Acquate, che ha già ricevuto gli Ordini minori, a titolo di svago e munito di regolare permesso dell'Ordinario, attendeva alla caccia, ma non rumorosa (cioè senza cani, corni e strepito, perché questa è sempre vietata al clero), nei boschi di Versasio, quando, guardando verso un folto cespuglio, gli parve di notare un certo movimento.

Pensando si trattasse di qualche volpe, lepre o altra cosa del genere e osservando muoversi in terra qualche cosa di scuro, puntò in quella direzione lo schioppo che portava e sparò: correndo tosto al detto cespuglio insieme al compagno, si accorse che invece della preda aveva gravemente ferito una vecchia inferma che per caso era colà sdraiata. Fu tale lo spavento che svenne privo di forze e di sentimento al punto che il compagno era in dubbio se portare aiuto prima alla donna o al chierico supplicante.

Tuttavia fu portato il dovuto soccorso alla donna, la quale, ciononostante sei giorni dopo la ferita, dopo aver rilasciato una dichiarazione legale circa l'accidentalità del caso e l'innocenza del supplicante, come piacque al Signore, passò da questa vita.

Consegnata quindi la predetta dichiarazione, confermata anche dal figlio della defunta, e portata la causa in tribunale, il detto supplicante fu riconosciuto innocente e esente da ogni e qualunque pena.

Ma poiché, come aggiungeva l'esposto a noi presentato, il supplicante attualmente è alunno del Seminario diocesano milanese, ha abbracciato la vocazione allo stato ecclesiastico, nel quale intende continuare, e per meglio sondare la sua vocazione ha atteso per 15 giorni continui agli Esercizi spirituali, dopo aver soddisfatto alla parte lesa e alle conseguenze legali, essendo grandemente pentito e tuttora spiacente del fatto, chiede a Noi di provvedere (perché era incorso nell'impedimento di irregolarità per gli Ordini sacri a causa dell'omicidio sia pure involontario, quindi chiedeva la dispensa o sanatoria).

Noi, volendo favorire il supplicante delle nostre grazie, lo assolviamo da qualunque scomunica, sospensione e interdetto e da qualunque altra censura o pena ecclesiastica in qualunque modo incorsa all'infuori del caso presente e ben disposti alle suppliche a noi presentate in suo nome, con la presente lettera affidiamo e diamo incarico alla tua Fraternità affinché, appurata la verità dell'esposto, e imposta al supplicante una qualche salutare penitenza, se te lo chiederà umilmente, con la nostra autorità apostolica e secondo il tuo criterio e la tua prudenza, assolva il medesimo da tutte le censure e pene ecclesiastiche nelle quali fosse incorso per i fatti esposti, e lo liberi e rimetta a lui gratuitamente (cioè senza le tasse curiali) le dette pene.

E concediamo pure di nostra autorità e arbitrio che tu lo possa dispensare dall'impedimento di irregolarità contratto comunque contratto a causa dei fatti esposti, cosicché, purché non ci sia qualche altro impedimento canonico, possa conservare i privilegi inerenti al suo carattere clericale per gli Ordini minori ricevuti e possa essere promosso, se ritenuto idoneo, agli altri Ordini sacri e anche al Presbiterato (= Sacerdozio) e, una volta ordinato, possa liberamente, lecitamente e validamente servire al Ministero dell'Altare (= celebrare).

Questo nonostante qualunque altra disposizione contraria ecc.